

M U L

- (Nunquam licet introducere mulieres in Domum nostram: 1714-  
1170-1715-1718-1719-1720-1721-1722-1723-1011.  
etiam illas quae volunt intrare sub praetextu Indul-  
gentiarum aut Confraternitatis: 1716-1717-1724.  
Etiam possibilitas vitetur mulieres e Domo prospiciendi:  
2422.  
De ingressu illustrium Dominarum: 1715-1420.  
(Picturae cum formis mulierum prohibentur: 2050-2051.
- 3º: MULIERES: Quid de mulieribus in Grangiis, in operibus:  
(Obedientiae extra Domum ubi fit concursus populi debent  
locari, ut omnis occasio mali tollatur: 199-1214-2403-  
2650-374-1870-1871.  
Prohibetur ne mulieres habitent in Grangiis quae per per-  
sonas Ordinis gubernantur; nec ibi laborent: 1725.  
Prohibetur ne mulieres habitent in Grangiis ubi officia-  
les et Fratres moram facere debent: 321.  
Expressa prohibitio foenandi cum mulieribus: 1727.  
De mulieribus fugiendis in spatiamentis: 2454-2477-2486-  
2497-2324.

MULTIPLICATIO FESTORUM: vide: FESTORUM MULTIPLICATIO.

MUNUSCULA: vide: PAUPERTAS 4º - SPATIAMENTUM.

MURMURATIO:

- (Qui murmurant quando corriguntur a Praelatis puniendi  
sunt: 324.  
Infirmi qui contristant servientes, murmurando, repre-  
henduntur: 369.  
Vehementer reprehenditur murmuratio de victualibus: 369-  
516-520-1186-2716-1218.  
Admonitiones contra murmuratores: 1983-1989-2011-1728-  
1729-1730-1731-2185-2366.

MUSICA: vide: CANTUS.

MUTATIO DOMUS:

- 1º: De stabilitate servanda et de causis mutationem excu-  
santibus:  
2º: De paupertate servanda.  
3º: De modo itinerandi.

1º: MUTATIO DOMUS: De stabilitate servanda et de causis  
mutationem excusantibus:

- (De causis mutationem excusantibus: vide: STABILITAS 3º.  
Non decet Monachum frequenter mutare Domum nec nimium  
pendere aeris qualitatem, sed stabilitas servanda  
est: 179-564-2570; vide etiam: STABILITAS 3º.

M U T

(Potest aliquis mitti in aliquam Domum, ut in ea melius persolvatur Divinum Officium: 164-565.  
(In humilitate discant stabilitatem qui ad importunitatem suam transmittuntur ad aliam Domum: 165-1732-1738.  
(Quando mutatio Domus indicitur, debemus humiliter obedire: 179-1737-1733-1734.  
(Nullus Prior recuset recipere personas ad se missas ad hospitandum: 1136-1137-1141-1735-2201-2297.  
(De caritate servanda erga eos qui Domum mutant ex obedientia: vide: CARITAS FRATERNALIS.  
(Capitulum Generale potest nos collocare in quacumque Domo: 325-1737.  
(Personis Ordinis non licet infestare Piores ut ad alias Domos se transferant: 551-402-327-556-558-559-560.

2º: MUTATIO DOMUS: De paupertate servanda in mutatione:

(De paupertate servanda in mutatione Domus: 72.  
(Nihil fas est deferre praeter ea quae Statuta concedunt: 339-328-330-333-335-336.  
(Pecunias non licet ad alios usus quam itineris expendere: 331-335.  
(Super "fardello" Prior non potest dispensare: 333.

3º: MUTATIO DOMUS: De modo itinerandi: v.: ITER AGENTES 2º.

(Recta via ire debemus et sine mora: 328-331-334-1734-1736.  
(In itinere non debemus notabiliter divertere nec morari,  
et Prior a quo debet Priorem ad quem diem recessus notam facere: 337;  
et super hoc Prior non potest dispensare: 338.  
(Qui ob instabilitatem aut aliam culpam missi sunt ad aliam Domum non possunt parentes visitare: 329.  
(Ad urbes interdicitur divertere: 1736-1739.  
(Monitiones particulares ad eos qui moram fecerunt in itinere: 1357-1909.  
(Recreaciones non dentur pro recedentibus vel absentibus: 326.  
(De abusibus omnino vitandis in recreationibus, data occasione mutandi Domum: 332.

MUTUUM: vide: COMMODARE - PARENTES 3º - TEMPORALIS ADMIN. 5º.

NATATIONES: vide: BALNEA - SPATIAMENTUM.

NATIVITAS B.V.M.:

(In Vigilia jejunetur et a lacticiniis abstineatur, nisi sit Dominica: 223.  
(Et abstinentia pro hac solemnitate fit Feria VIa: 41.

NECESSARIA MINISTRARE RELIGIOSIS: vide: CELLA 2º - PRIOR 7º - PROCURATOR 6º - SUPERFL.

N E C

NECESSITATES ORDINIS: vide: MISSA 3°.

NEGOTIA DOMUS: vide etiam: CAP. MON. 2° - TEMPOR. ADMINISTRATIO.

- { Monachi qui nimis se intromittunt de administratione temporalium ferventer corripi debent, ut melius cellae solitudinem servent: 341-342-613.
- { Reprehenduntur colloquia de regimine Domorum: 343.
- { Nullus se ingerat in negotiis, nisi vocatus, pro bono pacis et fervore orationis: 611; et secundum spiritum cartusiensem: 612-613-614.
- { Etiam Monachi, alicui operi deputati vel praepositi, de negotiis non se intromittant nisi vocati: 1866-2384.
- { Declaraciones Domni Guigonis prohibentes ne ullus se intromittat de negotiis: 5-22.
- { Nullus Monachorum Domus vel Conventus Cartusiae se intromittat de factis Ordinis aut personarum: 340-491.
- { De negotiis vetatur referre vel inquirere qui transit per Domum Ordinis: 245.
- { Admonitiones particulares ad eos qui de negotiis ad se non pertinentibus se intromittunt: 1857-1896-1763-1791-1851-2388-2712-1746-1749-1750-1751-1752-1753-1204-1206-1740-1741-1742-1743-1744-1745-1747-1754-1755-1756-1757-1758-1759-1760-1761-1762-1989.
- { De negotiis non revelandis extraneis: vide: SECRETA - et etiam: FUNDATORUM IMMIXTIO.

NEGOTIA EXTERIORA: vide: PAUPERTAS 5° - PRIOR 8° - TEMP. ADMIN.

NOMINATIO PRIORIS: vide: ELECTIO PRIORIS.

NOTABILIS DIVERSIO IN ITINERE: vide: ITER AGENTES 2° - MUTATIO DOMUS 3° - ORDINES SACRI.

NOVITATES: vide etiam: CURIOSITATES.

- { Novitates prohibentur quia ex novitatibus semper dissensiones oriuntur: 344.
- { Optima exhortatio vituperans pestem novitatum, cum "novitas novitatem invocet": 345.
- { Item pulchra Admonitio contra novitates: 346.
- { Commoditatem vitae querere nimis nostrae conditioni omnino repugnat: 345.
- { Admonitio contra curiosum novitatum quaestum: 187.
- { Solitudo cartusiensis novitatum nescia est: 1431-1432.
- { A novitatibus intacta remanere debet genuina mens cartusiana: 1516 in fine.
- { In studiis nostris cavere debemus a novitatibus: 591.
- { Novitates in intronizatione Prioris graviter reprobantur: 1477.

NOV

(Reprehenduntur qui quaerunt nova Festa introducere: 1376-  
1378-1380; vide etiam: FESTORUM MULTIPLICATIO.

(Admonitiones particulares contra novitates: 1764-1765-  
1766-1767.

(Monitiones ad Fratres qui meditantur novitates: 1205-1384.

NOVITII: vide etiam: MAGISTER NOVITIORUM - PROFESSIONE.

1°: De Receptione.

2°: De ipso Novitiatu.

3°: De pueris non recipiendis.

4°: De bonis temporalibus.

1°: NOVITII: De Receptione:

(Receptio Novitiorum qui in alia Domo, quocumque titulo,  
vixerunt, prohibetur, sub poena nullitatis, sine licen-  
tia Reverendi Patris: 360.

(Sententia Domini Guigonis: De receptione Novitii et de le-  
nitate ostendenda in primis: 9-10.

(Solliciti et cauti debemus esse in receptione Novitiorum:  
347-348-349-350-351-352-353-354-355-356-357-358.

(Specialiter quedam conditions requirendae sunt, scilicet:  
Mores boni et ad omnia quae sunt Ordinis idoneitas: 349.

Idonea dispositio corporis et animi: 353-357.

Spiritus orationis: 357.

Novitii potentes ad sustinendum Ordinem: 1768.

Apti et ductibiles, non ignoti: 350.

Aptitudo ad studia: 354-358-1780-1788;

sed prohibetur in Domo schola linguae latinae: 358.

Oportet insuper:

Informationes recipere: 350.

Non dare locum favoribus, respectibus humanis, et im-  
prudentibus compassionibus in receptione Novitio-  
rum: 353.

Diligenter candidatos examinare et probare ne postea  
Domus Ordinis habeant gravamina: 349-350-353.

Quia velle non sufficit: 357.

Nullum recipere nisi in Domo ubi observantia perfecte  
custoditur, et Officium integrum persolvitur: 351-  
352-1776-1781-2327.

Non recipere insufficientes: 347-357.

Nec "phantasticos": 1769-1777.

Neque minores aetate, sed servare Statuta: 1770-1773-  
1775-1788.

(Nihil promittere Novitio de ejus receptione: 348.

Prudenter agere in receptione eorum de alia Religione  
existentium: 620-1780; vide etiam: TRANSITUS.

Gratiam Dei in vocationibus expectare: 1774;  
et lucrari: 1782-1785.

NOV

- { Novitii manent separati a solemniter professis in recreationibus, etc...: 357-1601-2267.  
 { Admonitiones particulares prudentiam suadentes in receptione: 1777-1778-1772-1786-1783-1784.  
 { Non est bonum in eadem Domo plures recipere Monachos si-  
 ve Conversos consanguineos: 397.  
 { Reprehenduntur qui nolunt recipere Iudeos in Ordine: 1492;  
 vel differentiam generis considerant: 1779-2174.  
 { "Qualem receperunt, talem custodiant et portent": 1771-  
 1778-1149-1146-1159-1152.  
 { Solemnitas Sancti Ioseph instituitur pro Divino auxilio  
 implorando in necessitatibus Ordinis, maxime in defectu  
 personarum: 244.

### 2º: NOVITII: De ipso Novitiatu:

- { Instructio Sacrae Congregationis: De formatione religiosa  
 (anno 1931) debet observari et legi semel in anno: 359.  
 { Quolibet tertio mense, Magister rationem reddat, in Consiliio Prioris, de statu singulorum Novitiorum: 357.  
 { Hortantur Vicarii ne se immisceant educationi Novitiorum: 647.  
 { Quid sit tempus assignatum Novitiis ad orationem mentalem  
 in oratorio faciendam: 387.  
 { Sollicite invigilare oportet educationi spirituali omnino  
 necessariae ad vitam bene gerendam in solitudine: 353-  
 354; virili et verae monasticae educationi: 357;  
 et disciplinae theologicae: 354-590; vide etiam: STUDIA.  
 { Non per relaxationem retinentur personae: 30.

### 3º: NOVITII: De pueris non recipiendis:

- { Fortis declaratio Domni Guigonis in hac parte: 11.  
 { Admonemur ne pueros recipiamus: 1787-1770-1773-1775-1788.  
 { Nec seminarium habeamus: 1789; v. etiam: LATINO ELOQUIO.

### 4º: NOVITII: De bonis temporalibus: vide etiam: PARENTES 3º - PAUPERTAS 5º.

- { Bona Novitiorum alienari non licet ante Professionem: 361.  
 { Novitius non egrediatur e Domo pro cura bonorum temporali: 1790-1913-1914.  
 { Legata a Novitiis data non possunt militare contra sobrietatem: 2377.

### NUNDINAE:

- { Nullus officialis nundinis intersit: 150-1342;  
 { neque alii: 1368.

## O B E

### OBEDIENTIA: *ni electione regimelos a iis siqes inuenit iitivo*

- 1º: Exhortationes generales.
- 2º: Obedientia erga Capitulum Generale vel R.P. Penitentiaria
- 3º: Obedientia erga Visitatores.
- 4º: Obedientia erga Priorem.

#### 1º: OBEDIENTIA: Exhortationes generales: *Post concilio Tridentino, vehemens fit exhortatio ad*

- (Post Concilium Tridentinum, vehemens fit exhortatio ad  
obedientiam: 170.
- (Exhortatio generalis ad obedientiam: 362.
- (Admonitiones particulares: 1791-1792-1793.
- (Obedire debemus cum filiali amore: 91-1831-1833.
- (De obedientia in parvis: Sententia Domini Guigonis: 28.
- (Superiores debent praecipere cum simplicitate: 91.
- (Quando mutatio Domus nobis indicitur, debemus humiliter  
obedire: 179.
- (Humilitas et obedientia in obtentione et usu licentiarum:  
254.
- (De obedientia in administratione temporalium: vide:  
PRIOR 12º et 17º - PROCURATOR 7º - TEMP. ADM. 4º et 7º.

#### 2º: OBEDIENTIA erga Cap. Gen. vel R.P.: v. etiam: OFFIC. ACCEPT.

- (Instantes exhortationes ad obedientiam: 364-366.
- (Debemus quantocius obedire: 363.
- (Reprehenduntur qui contra decisiones Capituli expostulant:  
365.
- (Puniendi sunt qui non obediunt mandatis Cap. Gen.: 366.
- (Graviter vituperantur qui impetrant a Sancta Sede licentias  
contra obedientiam Ordinis: 1517.
- (Admonitiones contra inobedientes: 1794-1795-1796-1797-1798-  
2027.

#### 3º: OBEDIENTIA erga Visitatores: *Exhortationes ad obedientiam: 367-663.*

- (Monitiones particulares: 1799-1800-1801-1802-1803-1804-  
1805-1806-1807-1808-1809-2153.

#### 4º: OBEDIENTIA sive Reverentia erga Priorem: *vide etiam: PROCURATOR 7º - VICARIUS.*

- (Sententia Domini Guigonis de reverentia erga Priorem: 3.
- (Exhortationes ad obedientiam: 478-450-451.
- (Monachorum est Priorem juvare orationibus, caritate, quieta  
et religiosa conversatione: 1826.
- (Oportet obedire "etiam discolis": 1831.

O B E

(Admonitiones particulares de obedientia erga Priorem:  
1838-2145-2017-1818-1819-1825-1833-1155-1476-1810-1811-  
1812-1814-1815-1816-1817-1820-1821-1822-1823-1824-1827-  
1828-1829-1830-1832-1834-1835-1836-1837-2003-2006-2021.  
(Admonitiones particulares contra conspiratores: 1825-1820-  
1813-1983-2312.

OBEDIENTIAE: vide etiam: COQUINA - FRATRES - OFFICIALES.

(Non possumus obedientias intrare, etiam in die installa-  
tionis Prioris: 243.  
(Rationem debent Fratres reddere Procuratori: 196.  
(Singulae obedientiae a personis Ordinis regantur, quantum  
possibile est: 1839.  
(Qui obedientiam dimittit nihil potest retinere: 420.

OBIIT: vide: BREVIS - SUFFRAGIA DEFUNCTORUM.

(Defuncto Priore, cella ejus debet obserari per Vicarium  
et Officiales: 505.

OBLATIONEM PRAEPARARE: vide: MISSA 1° et 2°.

OBLIGATIO STATUTORUM: vide: STATUTA.

OBSERVANTIA: vide etiam: EMENDATIO - PRIOR 9° - REFORMATIO -  
STATUTA.

(Prior et Vicarius debent esse in exemplum observantiae: 161.  
(Ad observantiam hortantur Superioris: 368.  
(Vehemens exhortatio ad observantiam: 369.  
(Optima exhortatio de observantia reassumenda post persecu-  
tiones vel tribulationes: 1862.  
(Dona quae nobis offeruntur recipere fas non est si contra-  
ria sunt observantiae nostrae: 419-2377.  
(Observantiam non licet enervare sub praetextu studiis va-  
candi: 591.  
(Monitiones particulares ad eos qui observantiam non custo-  
diunt vel nolunt aliis se conformare: 1800-1850-1311-  
1312-1313-1320-1840-1842-1845-1856-1858.  
(De observantia instauranda seu conservanda in quibusdam  
Domibus: 1844-1857-1846-1847-1848-1843-1849-1851-1852-  
1853-1854-1855-1859-1860-1861-1863-2419-2634-1841.

OBSERVANTIAE ALIENAE: vide: DEVOTIONES - UNIFORMITAS.

OFFICIALES: vide etiam: MISERICORDIA - OFFICIORUM ACCEPTATIO -  
PATIENTIA IN OFFICIO.

- 1°: Quoad nominationem.
- 2°: Quoad vestimenta in itinere.
- 3°: Quoad residentiam.

O F F

O F F

- 4°: Quoad nimiam multiplicationem.  
5°: Quoad chorum et observantiam.  
6°: Quoad obedientiam.  
7°: Quoad mutationem.  
8°: Quoad inhabilitatem.

1°: OFFICIALES: Quoad nominationem:

- (Prior ad nutum suum nominat officiales: 442-2157.  
(Citius post Professionem ad officia promovere vitandum  
( est: 370.  
(In institutione officialium ratio antiquitatis pro nihilo  
( habetur sed sola idoneitas et regularis conversatio

2°: OFFICIALES: Quoad vestimenta in itinere:

- (Debent officiales incedere cum cappa: 373.  
(Vide etiam: ITER AGENTES 1°.

3°: OFFICIALES: Quoad residentiam:

- (Urgentes exhortationes ad residentiam: 377-378-2418.  
vide etiam: STABILITAS 2°.  
(Officialibus expresse prohibetur domicilium constituere in  
Grangiis vel obedientiis extra Monasterium: 374-1871-  
1872-1870.  
(Nunquam dantur officialibus recreations diurnae ad pa-  
rentes visitandos: 378.  
(Monentur qui moras inutiles faciunt extra Domum: 1871-1872-  
1870; vide etiam: ITER AGENTES 2° - PRIOR 13° - PROC. 4°.

4°: OFFICIALES: Quoad nimiam multiplicationem:

- (Urgentes exhortationes nimiam multiplicationem officialium  
ad externa prohibentes: 374-375-376.  
(Admonitiones institutionem novorum officialium improbantes:  
1872-1873-1867-1868-1869-2364.  
(Pauci sint Procuratores: saepissime unicus sufficit: 2242-  
2246-2250-2176-2245-2247-2248-2249.  
vel aliquoties duo: 2243.

5°: OFFICIALES: Quoad chorum et observantiam:

- (Officiales debent Missae Conventuali interesse: 294.  
(Item choro interesse debent diu noctisque: 1864.  
(Officiales qui propter persecutiones sunt in alia Domo  
sine officio debent observantiam tenere et cellam: 1862.  
(Officiales non negligant munera sua sub praetextu studiis  
vacandi: 591.

O F F

## 6°: OFFICIALES: Quoad obedientiam:

{ Omnes officiales obedire debent: 1866;  
 { vide etiam: OBEDIENTIA 1° et 4° - PROCURATOR 7°.  
 { Item Conversi in obedientiis: 1865.

## 7°: OFFICIALES: Quoad mutationem:

{ Non nimis frequenter mutandi sunt officiales; vituperan-  
 { tur valde officiorum mutandorum suscitatores: 1874-  
 { 1820-1825-2396-1983.

## 8°: OFFICIALES: Quoad inhabilitatem:

{ Inhabiles ad omnia officia sunt qui litteras commendatio-  
 { nis obtainere tentaverunt: 271-1415-1580-1582-1583-1579-  
 { 1422-1688-2361.

{ Item qui alienationes bonorum immobilium sine licentia  
 { fecerunt: 615-616.

{ Item turbatores pacis: 1875.

{ Item criminosi, suspecti, viri malae famae: 1876.

{ Quaedam exempla inhabilitatis: 1236-2272-2277-2278.

OFFICIORUM ACCEPTATIO: v. etiam: AMBITIOSI - PATIENTIA IN OFF.

{ Impetrare a Reverendo Patre licentiam inhabilitatis ad  
 { officia contrarium est voto obedientiae: 379.

{ Exhortationes ad officia Ordinis suscipienda: 1879-1880-  
 { 1882-1883-1884-1885.

{ Monitiones ad eos qui noluerunt obedientias accipere:  
 { 1877-1878-1881.

OFFICIUM DIVINUM: vide etiam: CANTUS - SCRIPTURA.

{ In Divinis Laudibus persolvendis, Prior et Vicarius sint  
 { exemplares: 161.

{ Fovetur fidelitas in Officio Divino celebrando horis com-  
 { petentibus, etiam in parvis Domibus: 380-381-1849.

{ Divino Officio fideliter interesse debemus: 1888-1893-  
 { 1894-2145-2147-2148-2149-2162-2187-1311-1312-1347-1858;  
 { etiam in infirmitate constituti, si possibile est:  
 { 1471-1475-2143.

{ De commutatione Divini Officii pro infirmis: 239-1469-1640;  
 { vel pro senibus: 597.

{ Admonitiones circa uniformitatem servandam in Divino Offi-  
 { cio: 1886-1887-1891.

{ Monitiones ad eos qui nolunt aliis se conformare: 2006-  
 { 1114-2069-2693; v. etiam: CAEREMONIAE - CANTUS 3° - RITUS.

{ Aliquoties oportet numerum Monachorum augere ad melius  
 { fungendum Divino Officio: 1889-1890-1892.

## OFFICIO

### OFFICIUM SEPULTURAE:

- (Nonnullae normae ad eos pertinentes qui portant crucem,  
  | aquam benedictam et thuribulum in officio sepulturae,  
  | item ad eum qui officio Diaconi fungitur ad Missas de-  
  | functi, vel ad eum qui mensas benedicit: 385.  
(Secundum antiquam consuetudinem, Officium sepulturae a  
  | "Virige" incipitur; deinde "Exultabunt" et in fine "Pla-  
  | cebo" persolvuntur: 382.  
(Prioris est determinare horam et ordinem servandos in  
  | Missa et sepultura defuncti: 383.  
(Nullam recreationem concedere licet in die sepulturae,  
  | etiam si occurrit in Festo Capituli: 384.  
(In Domo defuncti non denuntiatur obitus ejus in Capitulo  
  | post sepulturam: 75.  
(Si sepultura occurrit in una ex Vigiliis de quibus agitur  
  | in n.13, Cap.X,iae Partis Statutorum, jejunium non  
  | frangitur: 221.  
(Si vero occurrit in Vigilia Solemnitatis B.V.M., non jeju-  
  | namus, sed abstinemus a lacticiniis: 45.

### OFFICINAE: vide: OBEDIENTIAE.

### OPERA COMMUNIA:

- (Serventur opera communia: 386.  
(Novitii et Juniores Professi non intersint operibus commu-  
  | nibus: 357.

### OPERARIUS: vide: FAMULUS.

### ORATIO: vide etiam: CONTEMPLATIO - EXHORTATIONES - STUDIA.

- (Exhortationes ad profundam vitam contemplativam: 154-183-  
  | 187-188.  
(Exhortationes ad orationem et ad Divinum Amorem: 99 in fine -  
  | 210-185-186-187-188-189-190-191-192.  
(Exhortationes ad orationem: 1896-1899-2723.  
(Laudantur qui partem Mariae quaerunt: 1897-1898.  
(Nostra vocatio requirit ut perveniamus "ad secretiora in-  
  | terioris hominis": 589.  
(Festum Sanctae Theresiae, patrona et dux orationis et vitae  
  | contemplativae, instituitur ad donum et zelum orationis  
  | obtinendum: 619.  
(Ad laudem Dei specialiter institutus est Sacer Ordo Cartu-  
  | siensis: 29.  
(Exhortationes ad orationem in tempore tribulationis: 175-  
  | 185.  
(Exhortatio ad fervidam caritatem, data occasione salutis  
  | infidelium: 184.  
(Amor Dei nos incitat ad fraternalm caritatem: 100.

(Ut ferventius orationi intendere possimus, de negotiis  
 non debemus nos intromittere: 611.  
 ("Nostra conversatio in coelis et circa coelestia debet  
 esse": 1084 in fine.  
 ("Prae caeteris religiosis devotioni debemus intendere: 1234.  
 (Ad specialia interioris hominis studia debemus nos conver-  
 tere et cum fervore et devotione Missam celebrare: 1643.  
 ("In silentio et quiete et pace est fortitudo et profectus  
 cartusiani: 1857.  
 Tempus nocturnum est "contemplationi dispositum": 1895.  
 "Memores arrepti propositi... Divino Amori se deputent": 1936.  
 Debemus vacare Divinis beneplacitis sine egressu cellae:  
 2394.  
 Quid sit tempus assignatum Novitiis et Junioribus Profes-  
 sis ad orationem mentalem in oratorio faciendam: 387.  
 De studio antiquorum Fratrum nostrorum in oratione: 19-26.  
 Optima exhortatio ad Fratres de spiritu orationis et de  
 conjunctione cum Deo: 207.  
 Item de vita contemplativa et solitaria: 209.

#### ORATIONES SIVE SUFFRAGIA IN MISSA:

(Orationes in Missis non sunt multiplicandae: 388.  
 Quando dicitur oratio "Praetende" in singulari, Secreta  
 minime mutanda est: 389.

#### ORDINATIONS SEU ADMONITIONES: vide: CAPITULUM GENERALE - CAPITULUM MONACHORUM 1°.

#### ORDINES SACRI: vide etiam: EVAGATIONES - ITER AGENTES.

(Ordinandi vadant comitati, recto itinere, sine mora: 390-  
 394.  
 Prohibentur diversio notabilis et mora inordinata: 391.  
 Quae sit notabilis diversio: 392.  
 Prohibetur recreatio, occasione receptionis Ordinum;  
 necnon convocatio parentum: 394.  
 Non possumus ire ad Ordines ad loca remota, si tenentur  
 in locis vicinioribus: 525-152.  
 Abusus graviter vituperantur: 393.  
 Monitiones particulares ad eos qui, eundo ad Ordines, mo-  
 ram fecerunt: 1902-1903-1900.  
 vel visitaverunt Monasteria Monialium: 1901.

#### ORDINUM ALIORUM RELIGIOSI: vide: TRANSITUS.

#### ORDO CARTUSIENSIS: vide etiam: CONTEMPLATIO - ORATIO - SOLITUDO - SPIRITUS CARTUSIENSIS - VOCATIO.

(Quare tam parvus sit Monachorum numerus in solitudine; de  
 sublimitate vocationis nostrae: 27-28.

ORNAMENTO

{ Ad laudem Dei specialiter institutus est Sacer Ordo Cartusiensis: 29.  
Ordo noster ab initio a Summo Pontifice vocatur eremiticus: 29.  
(De octingentesimo anno anniversario fundationis Ordinis: 527.

ORNAMENTA: vide: CURIOSITATES 2° - PAUPERTAS 4° - VESTIMENTA.

OSTIARIUS:

(Debet colere spiritum solitudinis et silentii: 25.

OVA:

(Quot ova ministrantur in diebus pitantiarum: 32.

PALMARUM DOMINICA:

(Declaratio circa sententiam excommunicationis: 113.

PARENTES: vide etiam: HOSPITES 1° et 2° - MULIERES.

1°: De visitationibus parentum ad Domos nostras.

2°: De gravi prohibitione eundi ad parentes visitandos.

3°: De cura propinquorum nostrorum vitanda.

1°: PARENTES: De visitationibus parentum ad Domos nostras:

(Visitationes parentum recipiendae sunt tantum semel aut bis

{ ad summum in anno: 167-1713.

(De locutorio: vide: CLAUSURA - MULIERES 1°.

(Quando parentes veniunt nos visitare, duo dies conceduntur

{ ad colloquium: 395-1916; v. HOSPITES 1° et 2° - MULIERES.

(Cum mulieribus, nulla excepta, non permittatur exire: 395-  
1713.

{ Exhortatio ad parentum affectiones vitandas: 398.

(Data occasione receptionis Ordinum, non convocentur parentes vel amici nostri: 394.

(Monitiones particulares carnales affectiones omnino prohibentes: 1298-1906-1910-1911-1913-1916.

(Non est bonum in eadem Domo plures recipere Monachos sive

{ Conversos consanguineos: 397.

(Nihil unquam petatur a parentibus ad cibum potumve pertinens, etiam tempore Professionis: 521.

2°: PARENTES: De gravi prohibitione eundi ad parentes visitandos:

(Nullus Prior vel Visitator aut Commissarius potest licentiam dare personis Ordinis visitandi parentes: 403-90-151-  
525-152;

{ maxime divertendo notabiliter a recto itinere: 404.

(Licentiam eundi ad parentes non licet impetrare: 399-401-  
402-1904-535-1905-1907-1912-1915.

PAR

P A R

{ Nunquam conceduntur officialibus diurnae recreations  
ad parentes visitandos: 378.  
Prohibetur notabilis diversio ad parentes visitandos, etiam  
data occasione Ordines suscipiendi: 391; v. etiam: ORDINES.  
Monentur qui moram fecerunt cum parentibus suis contra morem  
Ordinis: 1909-1915;  
vel qui volunt ire ad parentes: 1908.

3°: PARENTES: De cura propinquorum vitanda: v. PAUPERTAS 5°.

{ Interdicitur Directio spiritualis matris vel sororis:  
322-323.

{ Curiae propinquorum interdicuntur: 396-1790-1913-1914-1915.

{ Prioribus prohibetur ne dent bona Domus ad parentes vel  
cognatos suos, unde Domus gravari possent: 400.

{ Admonitiones circa abusus in eleemosynis quas Piores pree-  
sumunt dare parentibus personarum Ordinis: 579-581.

{ Propinquos nostros non est bonum conducere in mercenarios:  
396-2409.

PARISIENSIS CIVITAS:

{ Olim multi ad Domum Vallis Viridis confluabant causa liti-  
giorum tractandorum in curia parlamenti: 1529.

{ Ideo praescriptum est non accedere ad Domum istam sine  
licentia R.P.: 1348.

PARTICIPATIO: vide: ASSOCIATIONES - BENEFICIA - DEVOTIONES.

PARVAE DOMUS: vide: DOMUS PARVAE.

PATIENTIA IN CARITATE: vide: CARITAS FRATERNA - PAX.

PATIENTIA IN OFFICIO: v. etiam: OFFICIALES - OFFICIORUM ACCEPT.

{ Habeant bonam patientiam in officio sibi credito:

a: Reverendus Pater: 1918-1924-2330.

b: Visitatores: 1792-1923-1926-1932-1957-2721-2722.

c: Piores: 1944-1945-1958-1959-1919-1921-1922-1928-  
1929-1930-1931-1933-1934-1939-1942-1949-1950-1952-  
1956-1960-1961.

maxime Piores in tribulatione constituti: 1937-  
1940-1941-1943-1946-1938-1953-2690-1955-1948-1917-  
1927-1935-1936-1947-1951-2221.

d: Procuratores: 1920-1925-2224.

PATIENTIA IN TRIBULATIONE: vide: PRIOR 18° - TRIBULATIONES.

PAUPERES: vide: ELEEMOSYNAE.

P A U

P A U A 9

PAUPERTAS: vide etiam: AEDIFICIA 3° et 6° - SUPERFLUA

1°: Exhortationes generales.

2°: Circa contractus.

3°: Circa pecuniam.

4°: Circa res.

5°: Circa bona haereditaria.

1°: PAUPERTAS: Exhortationes generales:

{"Nostrum propositum penuriam Deo gratias raro sentit aut abundantiam": 18.

{Omnia bona sunt communia et Prior administrationem omnium habet: 405-418.

(Vitium proprietatis debet extirpari: 406.

{Gravis Admonitio, post Concilium Tridentinum, ad eos qui paupertatis sunt oblii: 407.

{Gravis Admonitio: "Vae qui agrum agro copulatis", novas acquisitiones vituperantes, hortantesque de eleemosynis faciendis pauperibus Domibus: 408.

{Gravis exhortatio ad paupertatem et simplicitatem: 409.

{Paupertas est murus Religionis et in sua puritate conservanda est: 418.

{Ad paupertatem servandam, quantum fieri potest, incitantur exules, emigrati et deportati, anno 1791: 171; item anno 1794: 1862; item anno 1796: 1975.

{Officialibus fas non est frequenter egredi, cupiditatis causa: 377.

{Spiritus paupertatis servandus est in administratione bonorum temporalium: 603; vide etiam: AEDIFICIA 3° et 6° - TEMPORALIS ADMINISTRATIO 8°.

{Declaratio circa sententiam excommunicationis in die Palmarum: 113.

(De paupertate apud Moniales: vide: MONIALES 8°.

{Forti animo toleranda est paupertas ditanda Christi divitiis, si in caeteris Christum sequamur: 1962.

2°: PAUPERTAS: Circa contractus: v. etiam: TEMPORALIS ADM. 9°.

{Districte prohibentur contractus parum religiosi: 22-410-2647.

3°: PAUPERTAS: Circa pecuniam: vide etiam: EXHUMATIO.

{Contra abusus in stipendiis Missarum: vide: STIPENDIA.

{Nullus potest denarios custodire: 411-418.

{ad qualemcumque usum: 412-423. exceptis Prioribus, Rectoribus, Priorissis, Vicariis Monialium, Procuratoribus: 413.

Dona quae dantur Domibus non possumus dividere inter nos: 414.

P A U A I

- { Omnis species peculii, pensionis, ususfructus, etc...  
prohibetur: 415-1974.  
Graves Admonitiones de denariis non custodiendis, nec  
per nos, nec per interpositam personam: 416-583.  
Confessarii debent super hoc invigilare: 417.  
Et Superiorum minime est potestas dandi licentiam in  
hac parte: 418.  
(Religiosus non habet jus super pecuniam a propinquo suo  
vel amico datam: 419.  
(Pecuniae quae proveniunt ex laboribus Monachorum, v.g. ex  
fructibus hortorum, etc...communi massae Domus debent  
incorporari: 578-583-2319.  
Proprietarius est qui pecunias datas pro itinere in muta-  
tione Domus sine licentia ad alios usus impenderit:  
331-335.  
(Nonnullae regulae pro Monachis in dispersione constituti  
propter persecutiones: 171-1862-1975.  
(Admonitiones valde vituperantes vitium proprietatis in  
pecunia: 1972-1973-2283.

- 4°: PAUPERTAS: Circa res: vide etiam: CURIOSITATES 2°.  
(Contenti esse debemus iis quae solent ministrari de more  
Ordinis: 422-423.  
(Omnes debent parati esse ad resignandum vel concedendum  
aliis libros vel alias res: 421.  
(Omnis species proprietatis in cella debet auferri: 162;  
vide etiam: CELLA 2°.  
(De paupertate utensilium cellae: 12.  
(Qui obedientiam dimittit nihil potest retinere, alioquin  
proprietarius est: 420.  
Graves Admonitiones circa paupertatem in victu et vesti-  
tu: 521-629-520; vide etiam: SOBRIETAS - VESTIMENTA.  
Proprietarius est qui in mutatione Domus secum defert  
aliud quod per Statuta decernitur: 330-333-335;  
vide etiam: MUTATIO DOMUS 2°.  
Munuscula non possumus dirigere vel recipere sine licen-  
tia: 1971.  
(De paupertate servanda in Processione Corporis Christi:  
526.  
Quidam monentur de nimia cupiditate terrenorum: 1322-  
2185-1807.  
Admonitiones particulares circa actus proprietatis:  
1979-1980-422-1978-1976-1977-2215.  
5°: PAUPERTAS: Circa bona haereditaria: v. etiam: NOVITII 4° -  
PARENTES 3°.  
(Admonitiones de non respiciendo retro ad res jam dispo-  
sitas: 1963-1966-1970.

P A U

## P A X A 9

- (Non est de more Ordinis vexare parentes pro bonis hereditariis: 1964.  
(De rebus parentum nostrorum non licet nos intromittere: 1968-1966-1967-1969.  
(Admonitiones de non eundo ad curam bonorum temporalium: 1790-1913-1914-1965-1968.

PAX: vide etiam: CARITAS FRATERRNA.

1°: De Pace in Domo.

2°: De pace inter Domos.

3°: De pace in Ordine.

4°: De pace cum extraneis.

1°: PAX: De pace in Domo:

(Observatio silentii et cellae conservat pacem: 512.

("In silentio et quiete et pace est fortitudo et profectus Cartusiani": 1857.

(Optima exhortatio circa pacem: 99.

(De simplicitate et pace servanda in studiis nostris: 177.

(Colloquia de regimine Domorum pacem perturbant: 343-611.

(Secretis servatis, pax servatur: 503-504-508; v. SECRETA.

(Contentiosi possunt ad alias Domos transmitti: 424.

(De pace conservanda in infirmitate: vide: INFIRMI 3°.

(Vituperantur valde officiorum mutandorum suscitatores:

( 1874-1820-1825-2396-1983.

(Item vituperantur rixatores: 1985-2001-1161-2472.

(Item obstinati in suo sensu erroneo: 1988-2002-2011-2022-  
2025-2027-1205-1232-1233-1457-1570-2724.

(Graviter monentur turbatores pacis: 2021-1990-1991-2003-

( 2004-2014-2027-1203-1851-1981-1982-1983-1984-1986-

( 1987-1988-1989-1992-1993-1994-1995-1996-1997-1998-

( 2000-2005-2006-2007-2008-2011-2013-2015-2016-2018-

( 2019-2020-2023-2024-2026-1243-1321-1743-2320-2420-

( 2527-2722.

(Admonitiones de congratulatione pro pace restaurata:

( 2017-1990-1997.

( De pace servanda inter officiales Domus: 2716;

( vide etiam: PRIOR 10°.

2°: PAX: De pace inter Domos:

(Admonitiones in hac parte: 2029-2028-2030-2031-2032-

( 2033-2034.

3°: PAX: De pace in Ordine:

(Admonitiones particulares eos vituperantes qui controversias suscitant in Ordine vel in Provincia: 1999-2009-  
( 2010-1230.

P A X

**4°: PAX: De pace cum extraneis:** vide etiam: **LITES.**  
 (Admonitiones particulares: 1160-2418.)

**PAX IN MISSA:**

{ Pax sumenda est in tabula in qua Crux sit vel imago  
 Christi: 425.

**PECULIA:** vide: **EXHUMATIO - PAUPERTAS 3° - STIPENDIA.**

**PECUNIA:** vide: **EXHUMATIO - PAUPERTAS 3° - PROCURATOR 7° -  
 TEMPORALIS ADMINISTRATIO 3° et 5° - STIPENDIA.**

**PELLES SIVE PELLICIA:** vide: **VESTIMENTA.**

**PEREGRINATIO:** vide: **EVAGATIONES - STABILITAS.**

**PERIODICA:**

{ Lectio diariorum et foliorum restringenda est, tanquam  
 nobis non conveniens: 181.

{ Omnia diaria de rebus politicis tractantia prohibentur in  
 claustris, etiam in cella Vicarii: 426-427-428-429.

{ Periodica scripta non sunt multiplicanda: 428-429.

{ Prohibentur periodica spiritui nostro aliena: 426-429.

**PERSECUTIONES:** vide: **PRIOR 18° - TRIBULATIONES.**

**PERSEVERANTIA IN VOCATIONE:** vide etiam: **STABILITAS.**

{ Optima exhortatio ad perseverantiam in vocatione: 432.

{ De prudentia a confessariis adhibenda erga instabiles: 432.

{ Urgens exhortatio ad stabilitatem in vocatione: 569.

{ Ad perseverantiam benigne excitantur exules, emigrati et  
 deportati, anno 1791: 172.

{ Exhortatio ad perseverantiam in casu persecutionis: 431-432.

{ Sollicite invigilant Piores in suos Juniores Monachos ne  
 a suo proposito deflectent: 476.

{ Religiosi instabiles nullo modo juvandi sunt: 430.

{ Admonitiones particulares de perseverantia in vocatione:

{ ad quemdam Priorem: 2042.

{ ad Patres: 2041-2044-2036-2039-2040-1811-2043-2045-2046.

{ ad Fratres: 122-2037-2035-2038.

**PHILOSOPHIA:** vide: **STUDIA.**

**PICTURAE:**

{ Quarelli picturati de cellis amoveantur: 1222-2048.

{ Picturae curiosae ex ecclesiis et hospitiis auferantur:  
 { 2047-2050.

{ Admonitiones de picturis amovendis: 2049.

{ vel non faciendis: 2127.

{ maxime indecentibus: 2050-2051.

## P I L A P

(Picturae curiosae, theatrales, tragicae et satyricae de ecclesia Domus Mantuae deleanuntur et "radificantur": 2052.

{ De quodam monacho pictore qui morabatur extra Domum suam: 1365.

PILEUM: vide: VESTIMENTA.

PISCATURA: vide: CURIOSITATES 1°.

PISCES EXQUISITI: vide: SOBRIETAS.

PITANTIA: vide etiam: COENA - SOBRIETAS.

(Pitantiae nimiae minuantur: 31-32.

{ Quid de ovis in "diebus pitantiarum": 32 in fine.

{ Nulla pitantia detur in Refectorio ad coenam: 108-109.

PLANTATIO NOVA: vide: FUNDATIO DOMORUM.

POENAE STATUTORUM: vide: STATUTA - PUNITIONES.

POENITENTIA: vide: MORTIFICATIO.

POENITENTIAE SACRAMENTUM: vide: CONFESSIO.

PONTIFEX SUMMUS:

{ De benevolentia Summi Pontificis erga nos: 29-173-183.

{ Testimonia obedientiae erga Summum Pontificem:

{ ab ortu Ordinis: 29.

{ post Concilium Tridentinum: 157-160-170.

{ post damnationem Modernistarum: 178.

{ Pro Pontifice et Ecclesia, specialiter oramus: 1895.

POSSESSIONUM ALIENATIO: vide: TEMPORALIS ADMINISTRATIO 2°.

POSTULANTES: vide: NOVITII 1°.

POTUS: vide etiam: SOBRIETAS.

(Ubi non adest vinum, cervisia simus contenti: 433.

{ Et sicut a vino, ita a cervisia debemus abstinere in abstinentiis: 433; nisi gratiam petamus: 32 in fine - 35.

{ Ubi adest paupertas, portio vini potest minui: 2053.

{ Improbantur donationes quae fiunt circa potabilia contra formam Ordinis: 519.

PRAEDICATIO: vide etiam: MINISTERIUM.

{ Publica praedicatio, nisi in Capitulo, nobis omnino interdicitur: 434-1180-435-1616.

{ Sermones legantur, secundum Ordinis consuetudinem: 2371.

{ Fratres non intersint Capitulo, nisi quando fit sermo in vernacula lingua: 84.

{ Fiat praedicatio ad Fratres certis diebus: 198.

P R A

(Neo-sacerdotes possunt exercitari in alloquendo familiam  
{ Domus sermunculis, vel etiam catechizando: 436.

PRAETENDE (ORATIO): vide: ORATIONES.

PRANDIUM: vide: REFECTORIUM - SOBRIETAS.

PRECATIO PIACULARIS:

(Dici debet in primis Vesperis Festi SS.Cordis Iesu: 499.

PRINCIPES: vide etiam: FUNDATORUM IMMIXTIO - LITTERAE 5° -  
MONIALES 11°.

(De factis Principum nefas est partes facere: 2300.

PRIOR: vide etiam: AEDIFICIA - ELECTIO PRIORIS - EXHORTATIONES -  
HEBDOMADARIUS - INSTALLATIO - OBEDIENTIA -  
TEMPORALIS ADMINISTRATIO.

- 1°: Est Superior ad normam Iuris.
- 2°: Consilium sequi debet Visitatorum vel Conventus.
- 3°: Debitor est Deo et Ordinis
- 4°: Officiales suos ad nutum suum nominat.
- 5°: Prior debet diligentiam in officio suo adhibere.
- 6°: Mansuetus esse erga subditos suos.
- 7°: Necessaria ministrare subditis suis.
- 8°: De negotiis alienis non se implicare.
- 9°: Observantiam servare et exemplum praebere.
- 10°: Pacem habere cum Officialibus et subditis.
- 11°: Prudenter se gerere.
- 12°: Rationem reddere.
- 13°: Residentiam in Domo tenere, non nimis evagando.
- 14°: Saecularium familiaritatem vel convivia vitare.
- 15°: Simplicitatem sectare.
- 16°: Spiritualia omnibus praeponere, et non nimis se effundere ad temporalia.
- 17°: Subditus esse Ordini.
- 18°: Tribulationes aequanimiter tolerare.
- 19°: Invigilare subditorum spirituali saluti.
- 20°: Viriliter agere.

1°: PRIOR est Superior Major:

(Prior est Superior Major ad normam Iuris: 437.

2°: PRIOR consilium sequi debet Visitatorum vel Conventus,  
non nimis confidens in sua propria prudentia: v. etiam:  
AEDIFICIA 2° - CAPIT. MON. 2° - TEMP. ADM. 4° et 7°.

(Incitatur Prior ad sequendum consilium Visitatorum:

P R I

(Incitatur Prior ad sequendum consilium Visitatorum: 2054-  
 { 2055-2056-2057-2058-2059-2061-2062-2063-2064-2065-2066-  
 { 2067-2069-2070-2071-2072-2073-2082-2091.

(Admonitiones de consilio Conventus requirendo in gravioribus: 2060-2067-2068-2071-2073-2185.

3°: PRIOR debitor est Deo et Ordini: vide etiam: PRIOR 17°.

(De animabus religiosorum suorum: 438-432-430.

(De omnibus quae fiunt in Domo sua: 438.

(De administratione bonorum: 603.

(Prior mittere debet ad R.F., ante Octavam Paschae, statum

{ Domus suae: 439.

(Admonitiones particulares: 2216-2143-2212.

4°: PRIOR Officiales suos ad nutum suum nominat:

(Officiales ad nutum suum nominat: 442-2157; v. OFFICIALES 1°.

(Vigilare debet super actus officialium suorum: 2155.

5°: PRIOR debet diligentiam in officio suo adhibere: v. etiam: AEDIFICIA 4°, 5° et 6° - TEMPORALIS ADMINIS. 13°.

(Exhortationes ad diligentiam: 154-440.

(Ex officio Superioris est subditorum animos et capacitem probare: 91.

(De circumspectione circa receptionem Novitiorum et educationem: vide: NOVITII 1° et 2°.

(De vigilantia in receptione Fratrum: 1201.

(De zelo in educatione Fratrum: 203-209-197-1202.

(Admonitiones particulares de diligentia: 2078-2076-2077-  
 { 2060-2073-2074-2075-2079-2082-2084-2086-2166-2415-2426.

(Laudantur quidam Piores pro diligentia: 2080-2081-2083-  
 { 2085.

6°: PRIOR debet mansuetus esse erga subditos suos:

(De lenitate adhibenda erga Novitios in primis: 10.

(De miseratione erga infirmos: 16; v. etiam: INFIRMI 2°.

(De fraterna charitate inter Priorem et filios suos: II 156-  
 { 1157-1158-1160-1857-2003-2012.

(Admonitiones de mansuetudine servanda erga subditos:

{ 2106-2103-2092-2102-2087-2088-2089-2090-2091-2093-2094-  
 { 2095-2096-2097-2098-2099-2100-2101-2104-2105-2107-2108-

{ 2109-2113-2142-2156.

{ et cum extraneis: 2089-2093-2100.

7°: PRIOR debet necessaria ministrare subditis suis:

vide etiam: CELLA 2°.

(Necessaria ministrare debet: 14-103-162-416-584-1164.

{ Sed debet auferre omnem speciem proprietatis et superflua:  
 } 162-103-1978-1980.

{ et ideo debet habere omnes claves: 162-1977.  
 } Monitiones particulares de necessariis ministrandis:  
